cuſare.et ideo hocipm ſtrictiſſimū eſt man
datū.ſic enī dr Deute. Caue ne vnq̄ obli/
uiſcaris dn̄i dei tui. Itē tho. Omni tempo/
re in mente habeto deū. Itē prouer. In oī/
bus vijs tuis cogita illum ⁊ ps. Adhereat
lingua mea faucibꝫ meis ſi nō ⁊c. Et ſi co/
gitatio nr̄a in deū eleuata per ſurreptionez
ad infima delabitur. eo ꝙ terrena inhabi/
tatio ſenſum multa cogitantē deprimat. ite
rū eleuetur. ꝙ ſi iterū defluat iterū atq̄ ite/
rū erigatur. et ſi adhuc noſtra eſt ſemp̄ co/
gitatio apud deū. qd̄ intendebat iob. cū di
cebat. xvi. Ad deū ſtillat oculus meus. In/
tellectū ſuū oculum vocās. quē ad deū ſtil/
lare dixit eo ꝙ nō continue. ſed per interci/
ſa tempa hunc erexit ad deum. ꝙ ſi ſic p̄ in
tellectū ad deū ſtillamus deum ſp̄ cogita/
mus. ¶ Secundo exerceamus nos
in deo per op̄is effectū. vt operari incipiamꝰ
omnia que homo xp̄us in ſua ꝯuerſatione
nobis ꝓpoſuit facienda. Ad hoc enī induit
hominē vt ex eo prouocati ipm pro viribuſ
imitemur. et hoc eſt qd̄ dixit luc. xxij. Ego
diſpono vobis regnū ſicut diſpoſuit mihi
pater meus. ac ſi dicat. Sic ego deſcēdens
a patre ⁊ veniēs in mōm non niſi per labo/
res ſudores dolores patre ſic diſponēre ad
eum redeo. ſic ego diſpono vobis vt ſi poſt
me ad deū venire cupitis eiſdez veſtigijs in
cedatis nō declinātes ad dextram vel ad ſi/
niſtram. in quo ſi fideliter agimus nihil de
ꝯtingentibꝫ obmittētes. in hoc merebimur
vt ſuā nobis ꝯmūicet deitatē. vt ſicut ama
ra ſui hoīs imitando bibimus ſic etiā ſue
deitatis dulcia deguſtemus. Tercio exerce
amus nos in diuino affectu quē in dei pre
ſentia afflati diuinitus ꝯſequimur. et ideo
vt verius dicamus nō ex nr̄o exercitio. ſ; ex
dei beneficio tanq̄ premiū predictoꝝ acci/
pimus illud donū. Talis aūt diuinus af/
fectus operatur in nobis ardentē dilectionez
ſapiē illuſtrationē. miniſterioꝝ reuelationē
ſpiritusſancti nobiliſſimā ꝯſolationē ⁊ mlˀ/
ta ſimilia que nemo ad ꝯdignū verbis vllis
poterit explicare dn̄o nr̄o ieſu xp̄o operante
hanc gratiā in nobis qui ⁊c.

## XXX ¶ De cathedra ſancti Petri.

Exaltent eū in ec
cleſia plebis ⁊ in cathedra ſeniorū
laudent eū ps. Dicit btūs Gre. Quanto
electi dei ⁊ dilecti a dn̄o amplius diligun/
tur. tanto in tritura perſecutionis durꝰ cō/
terūtur. Et qꝛ btūs petrus in celeſti patria
vt catholice ⁊ religioſe creditur. in multis ē
pre ceteris ſublimatus. ideo oportuit vt in
hac via ⁊ vita duros ſuſtineret cruciatus.
¶ Propter qd̄ ſciendum ꝙ anteq̄ per/
ueniret ad celeſtis patrie exaltationez. tribꝫ
vicijs ⁊ modis ſuper terrā legitur exaltatꝰ.
per electionē. operationē. paſſionē. per glorifi
cationē ⁊ per iudiciarie poteſtatis aſſeſſio/
nē. Primo dico btūs petrus a fidelibꝫ xp̄i
et ab eccleſia ſancta in antiochia ad pontifi
calem dignitatē exaltatus fuit. ipm per ca/
thedralem honorē ſummū pontificez ⁊ pa/
ſtorē eligentes ⁊ ſuper vniuerſam eccleſiaz
ſtatuentes. qd̄ tamē nō factū eſt ſolum ex fi
deliū electione. ſ; ex dei iam dudum preor/
dinatione. nā in eo ꝙ deus dixit petro. Pe
tre amas me paſce oues meas. hocipm ter
cio repetēs in eiſdem verbis ipm ſuper eccle
ſiam pontificem ordinauit. ſic em̄ dr iohan
nis. xxi. Manifeſtauit ſe ieſus ad mare tibe
riadis ⁊c. vſq̄. cū ergo prandiſſent dixit ihe
ſus ſimoni petro. Petre diligis me plꝰ his
dicit ei. Etiam dn̄e. tu ſcis qꝛ amo te. dicit
ei Paſce oues meas. et hec verba vſq̄ ter/
cio repetiuit dans ei in eiſdem verbis pon/
tificatus dignitatem ⁊ ligandi atq̄ ſoluen
di. celum aperiendi ⁊ claudendi auctorita
tem. ſic enim dicitur Math. Quodcunq̄
ligaueris ſuper terram erit ligatum ⁊ in ce
lis. et quodcunq̄ ſolueris ſup̄ terrā erit ſo/
lu. Hoc adijcientes ꝙ in huius verbi. Pa
ſce oues meas. trina replicatione. hoc dn̄s
intēdebat vt petrus paſtor poſitus cū om̄i/
bus ſequacibus populum ſibi ſubiectū tri/
pliciter paſcere debet. ac ſi dicat. Si diligiſ
me paſce verbo paſce exemplo. paſce orati/
one. In quibus verbis omnium paſtorum
conſcientia ſtrictiſſime cōuenitur. dicit enī
Bernnardus. ꝙ iuſto ordine oues paſcunt
a paſtoribus. dignum quippe eſt. vt qui
lana et lacte paſcuntur ab ouibus ipſi

predictis trib⁹ ſimiliter paſcāt oues ·quod
qui nō fecerint audiāt quid cōtra eos dicit
dñs Ezech.xxxiij. Ve paſtorib⁹ qui paſce-
bāt ſemetipſos.gregē aūt meum nō paſce-
bant.et ſubiūgit. Nonne greges paſcūtur
a paſtorib⁹ lac comedebatis.lanis cooperi-
ebamini.et qd craſſū erat occidebatis.gre-
gē aūt meū nō paſcebatis. in quib⁹ oībus
verbis oēs paſtores d fideli cuſtodia ani
monentur.q2 ſicut ſapiē vi.dr Duriſſimū
iudiciū fiet his qui preſunt. x ¶ Secū-
do btūs petrus exaltatus eſt per opationez
Cum em̄ videret tam fideles q3 infideles.
ꝙ tantis miraculis in ſuis opib⁹ choruſta-
ret.vocabant eū nō hominē.ſ3 quaſi deū di
centes.act.xiiij. Dij ſimiles facti ſunt hoī-
bus.deſcenderunt ad nos ꝛc̄ quoꝝ errorem
in ꝓfundum hūilitatis ſe ꝓſternēs pie cor-
rexit dicēs. Quid nos intuemini quaſi no
ſtra virtute aut ptāte fecerimus hunc am-
bulare·deus abraā ꝛ deus yſaac ꝛ deus ia-
cob deus patrū nroꝝ glorificauit filiū ſuuz
ieſum.ac ſi diceret. Non nos ex his operi-
bus exaltate·ſ3 dñm magnificate.qui ꝑ noſ
hec miracula opatur. Intantū ergo petruſ
extitit exaltatus ꝛ inſignis prodigijs ꝛ mi
ris operib⁹ magnificatus vt in plateis po
nerēt infirmos in lectulis ꝛ grabatis.vt ve
niēte petro ſaltē vmbra illius obumbraret·
queq3 illoꝝ ꝛ ſanarētur a languorib⁹ ſuis.
Tercio btūs petrus exaltatus eſt in paſſio-
ne cū a perſecutorib⁹ leuatus a terra ſuſpen
deretur in cruce pedib⁹ ſurſum leuatis ꝛ ca
pite dimiſſo in terrā.per paſſionē crucis fi-
niens vitā in nomine ieſu xpi. y ¶ Et
ſciendum ꝙ ꝓpter has tres exaltatiōes qui
bus ſup terraz meruit exaltari eccīa ſponſa
xpi triplex de eo feſtū inſtituit celebrari·vo-
lens vicē reddere ſue triplici exaltatōi· Nā
ꝓpter primā exaltationē ſc3 electionis feſtū
qd eſt in manib⁹ extitit inſtitutū.ꝓpter ſecū
dam exaltationē ſc3 opationis inter q̄ opa
nō minimū fuerat.ꝙ detētus in carcere ꝛ ī
vinculis per angeluz extitit liberatus ſicut
act.xij.dr.colitur ad vincula·ꝓpter terciam
vero exaltationē ſc3 paſſionis terciū feſtū ſo-
lenniter celebratur. z ¶ Quarto ꝓpter
merita harū triū exaltationū in celo eſt glo
rioſiſſime exaltatus q2 gloria eius tāis ꝛ tā
ta eſt vt ſcdm aplm nec auris audiuit.nec
in cor hoīs aſcendit q̄ preparauit deus diligē
tib⁹ ſe.ideo de hoc nihil amplius loqui pre
ſumimus hoc firmiter credentes ꝙ ſicut in
terris eſt in labore ꝛ ſudore ꝛ cruore pre cete
ris exaltatus·ſic etiā in celo ꝛ nō mediocri-
ter exaltatus. Si em̄ ſm menſurā caritatis
ordinamur in celo·ipſe qui plus alijs diſci-
pulis vt ait ſaluator.dilexit pre ceteris eti-
am nō immerito ſublimatur. Quīto exal-
tabitur in iudicio aſſidens cū chriſto ꝛ cuz
eo iudicās totū mūdm .et hoc eſt qd promi-
ſit ſaluator Math.dicēs· Amē dico vobis
ꝙ vos qui reliq̄ .ꝛc̄·vſq3 ſedebitis ſuper ſe
duo.iudi.duo·tri.iſrael. Has exaltatōnes
intuēs Bern̄ āmirando de ſancto petro di
xit. Conſiderās ꝙ petrū manus oīpoten
tis regni celeſtis clauib⁹ inueſtit· ſup quez
fundatur eccīa.cui ptās ligandi atq3 ſoluē
di tradit̄.qui celos claudit ꝛ aperit qd che
rubin ꝛ ſeraphin hēre non legi. vehementer
ammiror ꝛ ſubiungit· Conſummatus ali-
as ineſtimatus honor ꝛ dignitas glorioſa
hominē in terris poſitū in celis impare ꝛ in
ter āgeloꝝ choros iudiciarie poteſtatis exer
cere virtutē. Aſſiſtunt angeli preſidētis im
periū expectātes ꝛ amminiſtrorij ſpūs aſſi
gnata ſibi miniſteria ſortiūtur.ſ3 ligādi at-
q3 ſoluendi nullus eoꝝ accepit ptātez. Ad
eſt petrus ꝛ ad eius imperiū orbis vniuer-
ſitas ſoluitur ꝛ ligatur.et precedit petri ſen
tentia.ſnīam ſaluatoris·q2 nō qd xpus li-
gat petrus. ſed qd petrus ligat xpus· iudi-
cat petrus ꝛ petri iudicium ꝯfirmat oīpo
tens. O q3 potēs dignitas q3 digna poten-
tia ꝛc̄. A ¶ Et ſciendum ꝙ hec triplex ex
altatio ex radice triplici ſumpſit ortū ſc3 ex
xpi inſtitutōe priore·ꝯgnitione illuminatō
re·caritate feruētiore. Primo dico petr⁹ ex
altatus fuit per electionem ex xpi inſtituti-
one priore. Audiēs enim eccleſia ꝙ xps ex-
iſtens in terris petrū ſummū paſtorē inſti-
tuit in his verbis Simon diligis me plus
his.paſce oues meas. eandem inſtitutio-
nem per ſuam electionem perducere volu-
it ad effectum. Scdo exaltatus fuit ꝑ opa
tionē ꝓpt̄ ꝯgnitōz illūinatōrem. vñ cū dñs

quereret a diſcipulis de ſua cognitōe mat.
xvi. di. Quē dicunt homines eſſe filiū ho/
minis: ⁊ alijs alia reſpondentibꝫ dixit ihe/
ſus. Uos aūt quē me eſſe dicitis: Reſpon
dit petrus tanꝗ pre omnibꝫ illuminatus.
Tu es xpūs filius dei viui. cui dñs. Beatꝰ
es ſimon bar. q2 ca. ⁊ ſang. nō reue. t. ſ; pa/
ter meus qui eſt in celis. ac ſi dicat. Hāc co
gnitionē nō habes niſi ex infuſo lumine ve/
ritatis quod deus hāc aſſertionē ꝓbaret eſſe
veriſſimā vtpote ſupra quē tanꝗ ſuper fun
damentū edificaret eccleſiā. merito debuit
petrū pre ceteris honorare. et tanꝗ aſſerto/
rem profundiſſime veritatis ſignis ⁊ mira
culis in ſuis operibꝫ exaltare. Tercio exal/
tatus fuit in paſſione, ꝓpter caritatē feruen
tiorē vt ſicut deum pre ceteris plus dilexit.
dicente dño iohānis. xx. Simon iohannis
diligis me plus his. ſic etiā debuit euȝ pre
ceteris in paſſione proximius imitari. Om
nes enim martires qui digni inuenti ſunt
pro nomine ieſu contumeliam pati ⁊ paſſi/
onis ſubire tormentū. ex radice caritatē ve/
raciter acceperūt. quis eñ tam dira ⁊ dura
⁊ tam gaudenter poſſet iam ſubire tormēta
ſi non ad hec patienda incitaret violētia ca
ritatis. hinc Augꝰ. Quomodo corruptibi/
lis puluis contra tam īmania tormēta do
minaret. niſi in eo xpūs habitaret. et hoc ꝑ
affectū dilectionis. De prima exaltatione
dicit in pſal. Exaltaui electū de plebe mea
De ſcđa ibideȝ. Dextera dñi exaltauit me
per dexterā miracula que ſolus deus opera/
tur in ſanctis ſuis volens intelligi. De ter
cia dr̄ eccle. xlvi. Exaltauit eū de terra. ⁊ hec
de exaltatione huius glorioſi principis di/
cta ſufficiant. B Nunc dicendum eſt
quibus exercitijs etiam nos exaltari valea
mus. vt quē delectat exaltatio premiorum.
non deterreat exercitatō laboꝝ. Si ergo hu
ius principis exaltationē ſaltē tenuiter tan
ꝗ fimbriā tangentes ꝯſequi cupimus. opꝫ/
tet nos per predictos modos exaltationis
tranſire. et induere nos exercitijs eorun/
dem. incipientes ab electione vt ab illa ad
operationē ⁊ paſſionē iuſto ordine adiuuā
te gratia veniamus. Primo ergo cupiētes
exaltari hic per vite meritū ⁊ in patria ꝑ glo

rie premium incipiamus ab electione. qđ
tunc facimus. ſi per gratiā ſpiritusſancti in
trinſecus ꝯpuncti incipimus inſpicere vi/
tam noſtrā bonū ⁊ malum. celum ⁊ terram
celeſtem iocunditatē. infernalem calamita
tem. momētaneam delectationē. et eternaȝ
damnationē. mentis noſtre oculis ꝓponen
tes. et inter iſta deliberato cōſilio diſcurren
tes. ipa prout ſunt iuſta ponderatione cōſi/
derātes ⁊ profunde rimātes quid inter iſta
ſit potiſſimū eligendum. Utrum ꝓpter mo
mētaneā delectationē incurrere expediat et
nam damnationē. vtrū ꝓpter terrena bona
carere expediat bonis celi. cum futura bona
ſint preſentibus longiora. in infinitū meli/
ora ⁊ in oībꝫ preſtantiora. nec dubium ſi
ſine diſſimulatōne vtrūqꝫ inſpiciamꝰ. quī
deū cum ſuis bonis eligamus ⁊ cū indigna
tione magna ꝯtraria reſpuamus. iurātes
et ſtatuentes cuſtodire iudicia iuſticie eius
quod ſtatim vt factū fuerit elegit etiaȝ nos
deus transferens nos de ſeruitio dyaboli ⁊ fa
ciens nos filios dei. ⁊ ex hoc ſtatim ſumus
non mediocriter exaltati. dicetqꝫ nobis deꝰ
illud deute. xxvi. Dñm hodie elegiſti vt ſit
tibi deus ⁊ ambules in vijſ eius ⁊ elegit te
hodie dñs. vt ſis ei ꝓplus peculiaris ⁊ faci/
et te excelſiorē cunctiſ gentibꝫ quas creauit
in laudem ⁊ gloriā ſuam. Et illud ioſue. ho
die incipiā te exaltare. An nō ſumus vehe/
menter ⁊ multū nimis exaltati. cū de ſeruis
dyaboli adoptemur in filios dei. Quid eñ
ignominioſius dyabolo. quid glorioſiꝰ deo
nihil. Adhuc etiā ſcio ꝙ ignominioſius ſo/
nat ſeruū eſſe dyaboli quā dyabolum eſſe. eo
ꝙ oīs ſeruus inquātū ſeruus inferior ſit do/
mino ſuo ⁊ oīs dñs inquantū talis ſupe
rior eſt illo. De hac feda ſeruitute dr̄ iohan.
quarto. Oīs qui facit peccatū ſeruus ē pec
cati. Pcm̄ aūt ex hoīe facit dyaboluȝ dicen
te dño ioh. vi. Nonne ego. xij. vos elegi. et
vnꝰ ex vobis dyabolꝰ ē. et ſic patet ꝙ ex nr̄a
electōe q̄ deū elegimꝰ exaltabimī vehemēter.
Scđo exaltamī ꝑ opatōȝ cū iaȝ filij dei facti
⁊ ſpū filioꝝ inſpirati auide currimꝰ viā dei
qđ tūc ꝯacit ⁊ fidelr̄ facimꝰ ſi oīa opa nr̄a
deo exhibenda cuȝ conatu facimꝰ ⁊ exceſſu.
ita vt oīa q̄ facimus ſm̄ ꝯñeȝ ſtatū excedāt

operū aliorū. nō contenti ꝯmunibus obſe/
quijs. ſed quantū vires ſuppetunt cū diſcre
to exceſſu oīa faciamus vt dicere poſſim⁹
illud eccle. ij. Magnificaui, opa mea. Hic
aūt exceſſus ne indiſcretio reputetur ex du
obus conſtat ſcꝫ ex multitudine ⁊ conami/
ne. hoc eſt vt multa faciamus bona opera ⁊
eadem cū conatu. Hunc conatū opm tam
diu ꝯtinuātes. quouſqꝫ de exceſſu operū ve/
niamus in exceſſum mentis. de q̄ ps̄. Ego
dixi in exceſſu mentis mee. Quid aūt dixe/
rit ex ſubtracta gratia ignorabat nihil ſci/
ens niſi ꝙ proiectus eſſet a gratia quam in
exceſſu ſentiebat. Hunc exceſſum opm no/
ſtroꝝ docet nos bern̄. di. Bonū eſt homini
ſua obſequia ad cumulum dare. verbi grā.
Sufficit ad ſalutē moleſtias corporis ferre
patienter. ſed cumulus eſt etiaꝫ in feruore
ſpiritus eas amplecti libenter Sufficit ad
ſalutē ſuperflua nō requirere. ſed nec ꝓpter
ip̄a ſi deſunt neceſſaria murmurare. ſed cu/
mulus eſt exultare ⁊ libenter querere. quo/
modo alius magis habeat ⁊ ip̄e penuriam
patiatur. Sufficit ad ſalutē ſi nec in patiē/
tia vel fraude aliqua ad illud qđ deſiderās
inuitū vel animū prelati tui inclinare. ſꝫ cu/
mulus eſt refugere ea ⁊ ablata reſpuere in
quibus voluntatē tuam ſenſeris oblectari.
D Tercio exaltamur cum petro per paſ
ſionē. cū nos quibuſdam exercitijs paſſioni
equiualentibus ſtrenue exercemus. Naꝫ
cum ꝓprioꝝ exercitioꝝ merito ſancti homi/
nes ad contemplationis gratiā admittunt
ab oī ſpē terrene ꝯſolatōis ſe elōgāt. vt bo
nis celeſtib⁹ abundantius perfruātur. qui/
bus vtcūqꝫ guſtatis cū more ſuo ſe ſubtra/
xerit fit amaritudo amariſſima. et impatiē
ti deſiderio languere incipiūt vehementer.
Cum eñ ad carnales delectationes redire
nec libeat nec liceat ambobus carentes. ⁊ tā
qꝫ inter celum ⁊ terrā ſuſpenſi amariſſime
cruciantur. et talis cruciatus equiualet paſ
ſioni. de hac paſſione di. iob. vij. Suſpēdi
um elegit anima mea. qđ exponēs Grego.
dicit. Quid per animā niſi mentis intentō
quid per oſſa niſi carnis fortitudo deſignat
Omne aūt qđ ſuſpenditur proculdubio ab
imis eleuatur. Anima ergo ſuſpendiū ele/
git vt oſſa moriantur. qꝛ dum mentis intē/
tio ad alta ſe ſubleuat. omnem in ſe carnis
fortitudinem necat. Sancti eñ viri certiſſi
me ſciunt. quia requiem in hac vita habere
nequaqꝫ poſſunt. et idcirco ſuſpendium eli
gunt. qꝛ deſideria terrena deſerentes ad al
ta animū tollunt. ſuſpenſi aūt oſſibus ſuis
mortē inferunt qꝛ amore ſuperne patrie in
virtutū ſtudijs accincti. hoc qđ fortes prius
in mundo fuerant ſuſpenſi occidūt. de hoc
martirio dicit Bern̄. Cuꝫ gratia ꝯtemplan
tis celerius nō ſubuenit. fit obſecranti celuꝫ
eneum ⁊ terra ferrea. et cum relicta ſibi hu/
mani cordis duricia ad votū exaudiri non
meretur. anxietas deſiderantis negari ſibi
exiſtimat quicquid differt. et neſcio an vel
ip̄am gehennā expiri ad tempus horribili⁹
penalius ve ducat. qꝫ poſt ſpiritualis ſtudij
guſtatā ſuauitatē exire denuo ad illecebras
⁊ moleſtias carnis. Talis ergo crucifixio ⁊
ſi nō ferro ſanguinē fundat. petri tamē cor/
porali martirio adequatur. tales eniꝫ inter
celi ⁊ terre ꝯſolationes eleuati pendent mi
ſerabiliter deſolati. Nonne velud inter du/
as menſas poſiti eplantes. hincinde ſpecta/
mus ieiuni. ſic ſumus omnino ſic. vnde er/
go ſic poſitis riſus vnde ioc⁹. vnde leuitas
quando forte nō agnoſcimus ⁊ ad quā ⁊c.

## XXXI. De ſancto Mathia. ſmo. j.

Cecidit ſors ſuper
Mathiam ⁊ annumeratus eſt cū
vndecim. act. j. Dicit Aug⁹. Oīpotēs de
us qui ſumme bonus eſt vult omnes homi
nes ſaluos fieri. et ad agnitionē ſui nomīs
peruenire vt fiant participes ſue bonitatis.
cui ꝓprium eſt ſe ꝯmunicare ꝓpter qđ oīs
vocat nullum reſpuēs. nullum tranſiēs. oī
bus gratias ſuas offerens. qꝛ non eſt acce/
ptor perſonarum deus. et ideo ſortē ſue vo/
cationis ſuper oēs mittit licet non capiat
apud omnes. In verbis ergo ꝓpoſitis duo
intelligimus ſcilicet glorioſi huius princi/
pis electionē ⁊ electi ſublimationem. Pri
mū ibi. Cecidit ſors ſuper Mathiam. ſecū/
dum ibi. et annumeratus eſt cum xi. Occa
ſione ergo huius ſortis duo dicemus. vide
licet de ſortē ꝯtemnētibus. ſcđo de in ſorteꝫ